

Licet et hanc paginam adiungere, et pleniori imagine respon-
 sum formare. Ita enim ad me scribis, ut nullo affectu,
 nullo eloquio obligationem exprimam. Epigrammata, divi-
 ni ingenii tui velut corollaria sunt, in Natalem Principis,
 in Incendium templi Gallici, et de Titio Sartore. Haec
 me Latini pedis purissima majestas capit, pari acumine
 ac decore instructa. Admitte quaeso candorem meum, ut
 admiret, ut venerer versus tuos, quos pro dignitate lau-
 dare satis non possum. Mecum illos circumfero, Amicis
 ostendo, imò lego, et à numeris ipsis vocem sumo. Quan-
 tum, bene Deus, Clarissimo BARLAEO Musarum omnes et
 Mystae et Alumnus debent, Poëmata tua, sacculus pressa,
 producenti. Ut numerus Musarum est, rectè, imò mysti-
 cè, novem Libri constituuntur. Prodeant igitur, prodeant,
 et felicitatem tuam, etiam occupati, ostendant, quam Do-
 ctissimi Somnēs ne in sacro suo otio quidem assequuntur.
 Me sercè, nec Litteris omnes, nec Rebus apti sunt: tibi
 cum vel Toga, vel Sagum perstrepit, otia ingenium
 facit. A me quid exigas? Scribere carmen desii, quod
 non nisi tentavi aliquando: occupatus iam, ut quaedam mea
 Scripta perficiam, et typographo excudenda tradam. Videbis
 igitur hac aestate BRUXELLAM SEPTENARIAM; sed mox
 BIVIVM VITAE HUMANAE, Virtutum et Vitiarum Lineis
 Luminibusque constitutum: alia non parca, quae mittere
 malim, quam promittere. WINDINGVM MVM si non novim,
 felicior sum. Sed sileo. A Clarissimo TVLDENO saludem
 addo. Vale, et me amare perge, TVVM Eugantum.

Lovanii, in Arce,
 Nonis Aprilis, 1600.

1600. XLIV.

Hug. 37.

1781
LIBRARY
1781

[Faint, mostly illegible handwritten text in a historical script, possibly Latin or French, covering the majority of the page.]

[Faint handwritten notes or signatures in the bottom right corner.]

Abrahamus Costerus et Guillelmus
Darius de Huiswijper
et Constantino Martini
et Constantino Martini
et Constantino Martini

Hugon.

Hug. 37.

Nobilissimo et Amplissimo V.
et Equiti,

D. CONSTANTINO HUYGENS,
Domino de Zuyhisen.
Principi à Consiliis et Secretis.

Hagam.